

Area F 2001
Sight Recitation
Level 3/ 4
PROSE

Past and Present

Seneca gives his thoughts on life

In tria tempora vita dīviditur; quod fuit, quod est, quod futūrum est. Ex eīs, quod agimus breve est, quod actūrī sumus dubium, quod ēgimus certum. Multī hominēs sunt tam occupatī ut illīs nōn vacet praeterita respicere; illīs tempora praeterita elapsa sunt et eōrum memoria amittitur. Praesens tempus ita brevissimum est ut quibusdam hominibus nullum videātur; nam in cursū id semper est et desinit esse antequam advēnit; nec magis moram patitur quam mundus aut sidera. Praesens tempus igitur solum ad occupatōs pertinet, quod tam breve est ut capī nōn possit.

Adapted from Seneca, *Dialogues*, X.10.